



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

16. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex epistola Rabani ad Heribaldum Episcopum.*

Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 4.
Burchard. lib.
6. c. 23.

XVI. Nam de his legimus qui hominem non sponte interfecerunt Deum per legistatorem urbes refugij deputasse, ad quas confugiunt salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui & non morerentur. Unde in Deuteronomio scriptum est: *Hæc erit lex homicidæ cuius vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, & heri & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cadenda, & in succisione lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum delapsum de manibus amicis eius percusserit & occiderit, hic ad unam urbium supradictarum confugiat & vivat.*

De eadem re. *Ex Concilio Vormaciensi cap. v.*

Concil. Vormac. c. 29.
Burchard. lib. 6. c. 21.
Vide legem Saxon. c. 11.
& leg. Longobard. lib. 1. tit. 9. c. 5.

* Ex veteri codice M S. bibliothecæ regie.

XVII. Sæpe contingit ut dum quis operi necessario insistens arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniens deprimatur. & idcirco si voluntate vel negligentia incidentis arborem factum est, ut homicidæ pœnitentiæ debet omnino submitti. Quod si non voto, sed incuria eius, non denique * [hæc eum] sententia contingit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus occurrit sub arbore, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicidæ.

